



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectae

**Sandini, Antonio**

**Bambergae, 1753**

CCXL. Clemens IX. Anno Christi 1667. Leopoldi I. 11.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65477)

ceptione adstruit atque confirmat. Vide annotat. 4. ad Sixtum IV. & 9. ad S. Pium V.  
(4) Constitutione 118. §. 3. tom. 5. Bullar. pag. 348.

Memoratus Card. Lambertinus lib. cit. cap. 24. num. 5. *Prima sollemnis Beatificatio, quæ facta fuit in Basilica Vaticana, fuit illa Servi Dei, nunc Sancti Francisci Salesii, & expleta fuit die 8. Januarii 1662.*

CCXL.

## CLEMENS IX.

ANNO CHRISTI 1667.

LEOPOLDI I. II.

**J**ulius Rospilosus Pistoriensis, annos natus novem supra sexaginta, XII Kal. Quintil. deligitur præses summus gentium Christianarum, appellaturque *Clemens IX.* Ei statim gravis est adversaria parata incredibilis quædam expectatio, quam non solum sustinuit, sed etiam vicit. Nam pietate fuit singulari, omnes facile admisit, in Vaticana *Æde* Sacramentum Pœnitentiæ administravit, totus causarum, non hominum, justitiam lenitate temperatam servavit.



vit, tantâsque virtutes sequentem gloriam despexit. Periclitanti Candiæ ut subsidia mitteret, nihil intentatum reliquit, operâque diligentem impendit, ut Christianos Reges redigeret in concordiam. Cum pauperibus gessit se quàm largissimè, cum suis, quos maximè diligebat, quàm parcissimè, oblatâsque fratris sui filiis nuptias nobilissimarum ditissimarumque fœminarum recusavit, totâ aulâ obstupescente, & invictam ejus erga nepotes severitatem admirante. Beatis adscripsit Rosam Virginem Limensem Ordinis S. Dominici: Sanctis Petrum de Alcantara ex familia S. Francisci, & Mariam Magdalenam de Pazzis Florentinam Ordinis Carmelitarum. Gravi & periculosâ ægitudine decumbenti vitam ademit additus dolor Candiæ post oppugnationem per triennium toleratam amidiæ. Desideratus est an. 1669. V. Idus Decembr. cum annos duos, menses quinque & dies undeviginti Pontificatum obtinisset.